

I  
 COMMENTVM SEDVLII TVRICENSE  
 IN  
 EVTYCHIS

ARTEM DE DISCERNENDIS CONIVGATIONIBVS.

Quoniam in arte Euticis grammatici, quae de discernendis coniugationibus praetitulatur, quaedam nobis lectantibus occurrunt, quae licet simplicibus lectoribus plana esse uideantur, tamen perspicaciter contuentibus abdita et quibusdam interlucentibus rationum semitulis referta noscuntur, idcirco ea breui expositiuncula ac simplici sermonis stilo enucleanda esse percensuimus, non omnia explanantes, sed quaedam ex omnibus, quae obstrusa esse uidentur, tractantes; nec uentosae laudis fauorem quaerentes hoc facere disposuimus, sed rogatu fratrum et amore rationis prouocati hanc nos deo fauente opusculi industriam suscepimus.

10 De nomine Euticis.

Terentius grammaticus: 'cum autem', inquit, 'fuissemus ego et Eutex in schola Prisciani, sic ait nobis: «O Theophile, uos qualitatem unus quisque sui nominis et doctorum uestrorum exprimate!» 'Ergo', inquam, 'Euticius uir ingenii de Euticia prouincia ortus. Omnes enim de Euticia  
 15 orientes Euticii appellantur quasi uere iudiciales. Euticia enim apud phi-

*Usus sum codicibus Turicensi (T) et Bobiensi (B), postquam F. Buecheleri benivolentia inter ipsam plagularum correctionem et certiore me de eo fecit et eius apographon liberalissime mihi transmisit. Deest titulus in T. Manu recentiori saec. X—XI superscriptum est: de grammatica. In B uero superscriptum est: Incipit commentariolum sedulii in artem euticii grammatici. 1 oniam T Quo<sup>o</sup> B que B 2 que nobis B que B 3 contueuntibus B 4 semititulis T 5 expositiuncula T 6 quedam B 7 que B 8 querentes TB 11 terrentius T Videtur idem esse Terentius ille, cuius differentiae de uerbo in codice Einsidlensi inter glossas Priscianae uersantur. Neque enim sine causa et hic et illic Terentius iste cum Prisciano coniunctus est, ut eundem, opinor, significari hominem Prisciani discipulum concludere haud sit ab re alienum, cf. praef. grammaticis B 12 scola TB teophile T teophili B 13 uestrorum] an uirorum? ergo] ego TB 14 eutitius T euticius B Euticia] Euty-  
 15 chiam insulam in Pagasaeo sinu nominat Plinius H. N. IV 12 § 72 Dell., qui Euthiam maluit: euticiam F<sup>2</sup> 15 Euticii] in B manu rec. Εὐδίκιοι Euticia] sc. εὐτυχία.  
 philosophos T*

losophos interpretatur uerum iudicium.' Vnde Eutex appellatus est quasi uere || f. 1<sup>b</sup> || iudicans, eo quod de uera sapientia iudicauit. Eutex enim cognomen est de agnominē ornatum; † euticius uero-olligeondi et galathos cum regulo. Aliter iuxta Graecam etymologiam Eutex felix uel fortunatus interpretari potest. Nam *εὐτυχής* felix in Latinum eloquium uertitur. 5 Item Cassiodorus 'Priscianus', inquit, 'grammaticus qui nostro tempore Constantinopoli doctor fuit'. Itaque quoniam Eutex Prisciani discipulus fuit et Priscianus Constantinopoli floruit, non improbabile esse uidetur, quia haec ars Euticis Constantinopoli scripta est tempore Iuliani consulis 10 atque patricii.

Cum semper nouas quaestiones et reliqua. Quo pacto discipuli 'semper' interrogare magistros possunt, cum saltem somno impediuntur, perquirendum est. Itaque aut 'semper' pro eo, quod est 'saepe', positum esse intellegitur et hoc per *συνεκδοχήν* accipiendum, totum uidelicet tempus pro parte nominando. Nam 'semper' totum, 'saepe' uero 15 partem temporis designat. Aut certe 'semper' pro omni tempore saeculis uidelicet et generationibus intellegendum. Nulla autem generatio et nulla aetas humani generis tam in praeteritis quam in praesentibus atque futuris transit, in qua non discipuli magistros interrogant. Signanter uero dixit, quia quodammodo inexcusabilis necessitas respondendi 20 magistris inponitur. Non enim omni modo, sed quodam modo haec necessitas inexcusabilis esse cernitur, cum neque discipuli ui necessitatis extorqueant responsum a magistris, sed tantum quodammodo, neque inexcusabilis respondendi necessitas ipsis doctoribus inponitur, ne, si respondendo defecerint, officium magisterii cum erubescētia et ignorantia 25 sibi usurpent. Quorum prior observationibus instruitur generalibus, alter indicio finalitatis speciales exsequitur regulas. Notandum, quod 'prior' non ad positium, sed ad contrarium comparatium in loco hoc habet collationem. Nam libellus, qui praecedit, in ordine prior est, quam qui posterior est. Ergo prior ad posteriorem habet 30 comparationem, quomodo et posterior ad priorem. Posterior namque est subsequens libellus, quam prior. Porro ob hoc generales regulas in priori

1 Vnde] unus TB 2 de uere B Eutex enim] *Legendum uidetur*: Eutex enim cognomen est, inde agnomen ortum Euticius; Euticius uero *ὀλιγορητικῶς* (sive κατ' ὀλιγορίαν) dicitur et *γλαστικῶς* ut Graeculus, galatos B 4 grecam TB aethimologiam T aethimologiam B 5 interpretari T nam eueuFNC T eyOFHC B 6 Cassiodorus] cf. p. 2318 P. 9 quia pro quod scriptum, cum compendia utriusque uocis inter se simillima passim confundantur, nolim temptare, cf. u. 20 etc. hec B 11 quaestiones TB ad reliqua B 13 sepe TB 14 intelligitur B (?) hoc per sine dochen B hoc chdohen T uideliēt T 15 pro arte T sepe TB 16 partim B seculi suidelicet B 17 nulla enim B 18 etas B preteritis B presentibus B 19 transit] tersit T tersit transit B 20 ne necessitas T 21 imponitur B hec B 23 tantum] tam, quod compendium tamen quoque particulae esse librarius iste uoluit. tamen B neque] quasi TB 25 defecerunt B 26 sibi om. B 29 hoc loco B praecedit B in ordine om. B 30 posterior ior, alterum ior eras. posterior subsequitur B

Cambridge University Press

978-1-108-00643-9 - Grammatici Latini, Volume 8

Edited by Heinrich Keil and Hermann Hagen

Excerpt

[More information](#)

## IN EVTYCHEM.

3

p. 447, 17.

libello dicit esse digestas, quod ibi de quattuor formis et de quattuor  
 coniugationibus exponit. In sequenti uero libello non generales, sed spe-  
 ciales regulas asserit esse inclusas, quod in ipso de tribus solum modo  
 formis, hoc est inchoatiua || f. 2<sup>b</sup> || frequentatiua et perfecta deque uerbis  
 5 duarum coniugationum primae et tertiae quae consonantes ante o uel or  
 habent explicat. Sed contuendum est nobis, cur magis indicium finalitatis  
 uel finalitatem in posteriori quam in priori libello esse obseruandam asse-  
 ueret, cum in utroque libro et indicium finalitatis et ipsa finalitas per-  
 spicue esse cognoscitur. Indicium quidem finalitatis sunt uocales et con-  
 10 sonantes quae o uel or syllabas antecedunt, finalitas uero ipsa ultima  
 terminatio intellegitur. Sed si perspicaciter attendamus, neque indicium  
 finalitatis sed sola finalitas in priori libro obseruatur. Non enim uocales  
 seu consonantes, quae uerbi gratia ante eo uel eor et ante uo uel uor et  
 ante io uel ior elucescunt, in priori libello necesse est ut considerentur,  
 15 sed sola finalitas perspecta certum argumentum tribuit, ut per hanc uerba,  
 quae in ipsam finalitatem desinunt, cuius sint coniugationis, quisque intel-  
 legere possit. At in secundo libello non solum finalitas, sed etiam indi-  
 cium finalitatis, hoc est uocales seu consonantes, qui ipsam finalitatem  
 ante cedunt, obseruantur, quatenus uocalibus et consonantibus, quae fina-  
 20 litati || f. 3<sup>a</sup> || praeponuntur, perspectis certo indicio cognoscatur, cui con-  
 iugationi quodlibet uerbum in ipsam desinens finalitatem deputabitur. Sed,  
 quod dicimus, aliquo nos exemplo adprobemus. In go, inquit, uel in  
 gor desinentia uerba ex antecedentibus litteris dinoscuntur.  
 A igitur ante finalem go habentia syllabam primae coniuga-  
 25 tionis sunt, ut propago as, uagor, indagor refragor. Sic et in  
 aliis hoc ipsum in secundo libello considerato. Itaque finalitas est bo uel  
 bor, co uel cor, do uel dor, go uel gor et reliqua, indicium uero est  
 finalitatis praecedens uocalis uel consonans. Tres quidem sunt apud  
 Graecos coniugationum species et reliqua. Graecorum uero uer-  
 30 borum III species sunt, in quibus tenores discretionones faciunt. Prima  
 species est βαρύντος, quod est compositum ex tribus corruptis, id est  
 βαρύς, quod interpretatur carens, τόνος quod est accentus, νεώτατος,  
 quod nos dicimus 'ultimus'. Βαρύντος autem species dicitur quasi ultima  
 carens tenore. Paenultimam uero βαρυντόνων grauīs accentus designat.

1 quattuor T, bis 5 prime scilicet et tertieque B 6 explicant B nobis est B  
 10 q. o B syllabas T 11 perspicaciter T 13 que T 14 ducescunt B (?) 16 que B  
 17 aut T 18 que B 19 antecedant B quatinus B que B finalitati T 20  
 preponuntur B 21 quolibet T 22 abprobemus T approbemus B In go, inquit  
 etc.] *Eutyche. Ars II 7; p. 474, 24 K.* 24 sillabam T prime sunt B 25 uago  
 T 27 et eo uel cor uel do uel dor et go uel gor et reliq. B initium B 28 pre-  
 cedens B apud B 29 grecos TB grecorum TB 30 discretionones T 31 bar-  
 githonos TB 32 barginos TB interpretatur T inter̄ B carens tenore B thonois  
 TB νεώτατος] nos atero T nosotero B 33 ultiima bargithonos TB 34 penulti-  
 mam TB βαρυντόνων] bargithonon, sic semper TB

Acutus autem ante paenultimam syllabam βαρυτόνων terminat. Hoc enim mihi in quaestionem irruit, quare prima species βαρυτόνων non || f. 3<sup>b</sup> || retinet accentum in ultima. Ideo enim non habet, quia omnia uerba βαρυτόνων in paenultima et ultima correpta sunt semper. Tenores enim non possunt retinere ultimam et paenultimam, nisi fuerint longae in tris-<sup>5</sup> syllabis; si autem breues fuerint, usque antepaenultimam semper ascendunt. Dissyllaba uero uerba βαρυτόνων grauis tantum modo regnat. Omnes uero personae istorum uerborum speciei βαρυτόνων absque prima positione singularis indicatiui modi, aliquando in ultima circumflexum, aliquando acutum in paenultima semper tenent. Βαρύτονος uero<sup>10</sup> species ordinem VI coniugationum ex consonantibus ante ω inuentis ostendit. Vbi enim inuenies β π φ, coniugationem primam dies et reliqua. Quarta autem quae per ζ uel duplicatam sigma profertur, cuius per ξ uel per σ praeteritum dicitur, ut κλύζω ἔκλυσα ὀρύττω ὄρυξα. Per liquidas quinta dinoscitur idest μ λ ν ρ et per illas semper<sup>15</sup> profertur praeteritum, nisi antecedit alia liquida eam liquidam, et finalem amittat semper posteriorem liquidam, ut τέμνω ἔτεμα στέλλω ἔστειλα † erno era. Sexta coniugatio est quae per uocales υ ε uel consonantes ξ ψ φ profertur. Si uero uocales fuerint ante ω, per σ praeteritum || f. 4<sup>a</sup> || declinatur, ut ὀπνίω ὄπνισα ἔλεέω ἠλέησα. Si autem con-<sup>20</sup>sonantes ante ω, aliquando per eas, aliquando per uocales terminatiuas praeteritum profertur, sic et alia uerba. Alii uero hanc sextam diuiserunt et septimam esse uoluerunt, idest ea uerba, quae consonantes ante ω habuerint, quod nouitati Graecorum non placuit, sed coniuncte profertur per cognatum praeteritum. Secunda persona singularis indicatiui modi<sup>25</sup> omnium horum uerborum in εις diphthongon desinit et circumflexum tenet semper. Secunda species περισπωμένη est, quae tres coniugationes habet circumflexo accentu in ultima et ex uocalibus secundae personae dinoscitur. Ideo circumflexa dicitur in ultima, quia ultimam natura longam sem-

1 ante paenultimam syllabam βαρυτόνων] a non penultima syllaba bargithonon TB 2 questionem TB βαρυτόνων non retinet] bargithonon in nec tenet T bargithonon nec tenet B, cf. u. 5 3 enim om. B 4 penultima TB 5 penultimam TB longe TB trissyllabis T 6 antepenultimam B penultimam T 7 de sillaba T bargithonon uerba B 8 persone B positione prima B 9 ultimo TB 10 penultimo TB *Exciditne accentum ante semper? quod quidem facile omitti poterat propter antecedentis acutum similitudinem.* 11 ante o T om. B 12 ΒΠΦ TB, cf. *Macrobii excerpta Parisina p. 602, 4 K.* 13 que B per ζ uel duplicatam sigma etc.] per Z uel duplicatam sigma (duplicatam sigma B) profertur uel (et B) per C praeteritum (pre-B) dicitur ut elizo elisa omisso omisa TB 15 dinoscitur I·M·L·N·P B Μ·Α·Ν·Ρ T 16 praeteritum B 17 amittat T ut thomno thoma enlo ena erno era (erna B) TB 18 que B γε B et B ΥΕ T 19 ΖΨΦ·Ι· (C B) TB si uero uocales] *sc. ante ω cui antecedit uocalis υ uel ε uel ι* ante o per Z praeteritum (pre-B) declinatur TB 20 ut opizo opiza eloio eliza T ut opio opiTa eloio eloiza B 21 ante o TB 22 praeteritum B 23 que B ante o TB 24 habuerint septimam esse uoluerunt B quia T grecorum TB 25 praeteritum B 26 in eis dyptongon TB 27 que B 28 in ultima ex uocalibus secunde TB 29 circumflexa dinoscitur B in ultimo TB ultima B

Cambridge University Press

978-1-108-00643-9 - Grammatici Latini, Volume 8

Edited by Heinrich Keil and Hermann Hagen

Excerpt

[More information](#)

p. 448, 23.

per habet. Et omnes consonantes habet ante  $\omega$  finalem. Prima in  $\epsilon\iota\varsigma$  diphthongon desinit et per  $\sigma$  praeteritum profertur ut  $\pi\omega\lambda\omega\ \pi\omega\lambda\epsilon\iota\varsigma$   $\epsilon\pi\omega\lambda\eta\sigma\alpha$ . Secunda in  $\alpha\varsigma$  diphthongon, aliquando in  $\alpha\varsigma$  productam desinit et per  $\sigma$  praeteritum semper profertur ut  $\varphi\omega\rho\acute{\alpha}\omega\ \varphi\omega\rho\acute{\alpha}\varsigma\ \epsilon\varphi\acute{\alpha}\rho\alpha\sigma\alpha$ .

5 Tertia in  $\omicron\iota\varsigma$  diphthongon uel in  $\omega\varsigma$  productam per synaeresin desinit ut  $\eta\mu\epsilon\rho\acute{\omega}\ \eta\mu\epsilon\rho\acute{\iota}\varsigma$  uel  $\eta\mu\epsilon\rho\acute{\omega}\varsigma$ ; praecedentem uero consonantem seruat in praeterito, ut  $\eta\mu\acute{\epsilon}\rho\omega\sigma\alpha$ . Hoc autem sciendum est, quod i littera || f. 4<sup>b</sup> || in his non praeiudicat, quod diphthongus est; sed priorem enim intellegimus uocalem coniugationum, quia postrema infirma, quomodo apud

10 nos ae et oe inprimis infirmae, et per synaeresin idest in his omnibus per priores tantum modo uocales coniugationes cognoscuntur. Tertia species est, quam dicunt  $\delta\acute{\xi}\nu\nu\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\eta\nu$  idest acualis, quia semper acutum in ultimo tenet, quia ultima syllaba natura longa est semper et in secunda persona semper cognoscitur per i uocalem. Consonantem ante  $\omega$  habet

15 et ante  $\omega$  tres semper consonantes tenet  $\dagger\cdot\rho\cdot\text{C}\cdot\Phi$  et  $\cdot\iota\cdot$  pro consonante in paucis uerbis habet ante  $\omega$ . Omne praeteritum eorum per  $\cdot\text{C}\cdot$  profertur ut  $\dagger$  omoro omoris omosa; si uero  $\cdot\iota\cdot$  pro consonante habuerit per digamma praeteritum profertur ut  $\dagger$  aio ais aifa. Haec autem species in prima positione per  $\cdot\iota\cdot$  uocalem loco consonantis positam dinoscitur.

20 Secunda enim persona eius non distat a secunda coniugatione circumflexorum quippe cum in  $\alpha\varsigma$  diphthongon finitur ut  $\dagger$  omo omais omoka. Si uocalem  $\cdot\iota\cdot$  loco consonantis habuerit, quaeritur ab aliquantis, quare nec circumflexum tenet, cum in o productam finitur. Hoc enim fieri puto ad differentiam specierum, ne dubitationem aliis praeberet. Sed hoc ma-

25 xime adhibendum cum o Graecorum ancipitem || f. 5<sup>a</sup> || ueterni in ultimo habent causa discretionis circumflexorum, quia per a productam Aeolensium semper scribitur. In primordio uero ueternorum o littera communis fuit produci et corripri, sic et e apud Graecos ueteres. Aput enim Aeolenses  $\alpha$  producta et  $\eta$  producta prioribus semper correptis inuenta est. Nullum

1 habent B ante o TB primam in eis B 2 dyptongon B per C praeteritum B ut eplilo epoleis epolea T epulo epoleis epolea B 3 in ais dyptongon TB 4 et per Z TB ut trosā (troso B) trosais troza TB 5 dyptongon B per seren- nesin desinit ut emero emerois uel emeros T per sineresin desinit ut emoro emorois uel emoros B 6 praecedentem] praesentem T presentem B 7 in praeterito ut emēra TB 8 prae<sup>o</sup>iudicat quod dyptongus T praeiudicat quia dyptongus B 9 coniugā TB apud B 10 infirme B per sinerisin B per sinerisim T 11 coniugā T coniugat B uocales ante coniugationes addidi tercia B 12  $\delta\acute{\xi}\nu\nu\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\eta\nu$ ] episene TB, cf. cod. f. apud Keilium p. 448, 4: in o desinentem dicunt idest  $\text{H}\Pi\text{C}\text{H}\text{N}\text{A}$  corrept̄, in marg.  $\text{H}\Pi\text{C}\text{I}\text{C}\text{N}\text{A}$  nominatur tercia idest acualis quia acuabitur, et Einsidlens. No. 265 (saec. X) in marg.: oerisene acualis 14 ante o TB 15 ante o TB 16 praeteritum B 17 pro T digammon TB 18 aio ais aiFa B hec B 19 per om. T 20 eius] cuius T 21 ais TB diptongon T dyptongon B omaka B 22 queritur TB 24 praeberet B 25 cum o graecorum TB ueterni] ueterum T ueter- norum B 26 habet B eolemsium T eolensium B 27 primordis B 28 apud B grecos TB ueterōs T eolenses T apud eolenses enim B 29 a producta et h (H B) producta TB

uero uerbum uel aliam partem quamlibet productam in o ancipitem terminari apud Graecos inuenies, nisi tantum modo in uerbis tertiae speciei *quod* discretionis causa esse praediximus, in qua circumflexum Aeolenses refutauerunt ponere eam dubitantes tenori ancipiti. Secunda uero species in secunda persona cognita. Tertia enim non solum in secunda persona, sed etiam in prima positione cognoscitur, quod paulo ante notauimus. Veteres autem Graecorum uerba i uocalem pro consonante habentia, secundae coniugationis *περισπωμένη* adiungebant, cognationem sono diuidentes, quartamque *περισπωμένων* numerantes † ierosilem nominauerunt, idest transibilem per inaequalem accentum. Aeolenses enim tertiae speciei adiungebant quae uno accentu in ultima hoc est acuto proferuntur. Ante specialium tamen expositionem regularum prius aliquid generale de hac ambiguitate coniugationum diffinire temptabo || f. 5<sup>b</sup> ||. Quidam speciales regulas non nisi in secundo tantum libello dicunt esse expositas. Sed mihi uidetur, quod in priori libello non solum generales, sed etiam speciales regulae continentur. Nota enim quod non dicit: ‘prius regulas generales diffinire temptabo’ sed: ‘prius aliquid generale de hac ambiguitate coniugationum definire temptabo’, illud nimirum intimare uolens, quod in priori libello prius aliquid generale, quam speciales regulae sunt diffiniendae. ‘Aliquid’ namque ‘generale’ est, quod de quattuor formis primo generaliter exponit, hoc est; quod inchoatiua, quae semper in sco desinunt, tertiae, meditatiua in urio quartae, frequentatiua in ito, in so, in xo desinentia primae, perfectae formae uerba quattuor coniugationum repperiuntur. Speciales uero regulas consequenter in eodem libello priori describit, cum de eo et eor et uo et uor et io et ior scribit, et ceteris, quae sunt speciales perfectae formae uerborum terminationes, edisserit. Hinc in subsequentibus ipse dicit, quod secunda coniugatio in eo terminationem quasi specialem in deriuatiuis et primitiuis possideat. Cernis enim, quod non generalem, sed quasi specialem ipsam in eo terminationem nominet || f. 6<sup>a</sup> ||. Itaque in priori libro et generales et speciales regulae sine indicio tamen finalitatis exponuntur. In sequenti uero libello speciales cum indicio fina-

1 aliquam T ancipitem] antiquam TB 2 apud B grecos TB tercie B 3 quod *addidi* prediscimus B 4 eolenses T iolenses B dubitantes] deputantes TB tenori] tenoris TB ancipitis B 5 Tertia autem B 6 grecorum TB uerba epici N·C·I· uocalem B 7 perispomene T perispomenion B 8 perispomenon T perispomenion B 9 ierosile nominauerunt idest tersibilem T Iarosilem — idest transibilem B An: *διαπορεύσιμον*? 10 Polenses T eolenses B autem B tertiae B quae] qui in T quia in B 13 coniugatione T 16 regule B regalaras, *corr.* regulares T 17 diffinire T 18 aliquid, *corr.* -d T 19 diffinire B 20 regule TB sunt T s B diffiniendae] differende T disserende B 21 quattuor T 22 quae B tertiae B 23 III<sup>te</sup> T in urmo quarte B frequentatiua T in ito in to in so B 24 prime perfectae forme B III or T 25 consequentur T priori libello B 26 quae B 27 perfectae forme B in subsequentibus] *cf. p. 449, 28—30 K.* 29 deriuatiuis B 31 regule TB sunt indicio tuū T

p. 449. 7. 119, 10.

litatis regulae continentur. Illud uero discutiendum est, quem ordinem in formis uerborum ipse Eutex ostendit, hoc est, utrum naturalem formarum ordinem, an coniugationum, quibus ipsae formae deputantur. Sed neutrum ordinem hic sequitur. Nam si naturalem formarum ordinem 5 ostenderet, primo meditatiuam, secundo inchoatiuam, tertio perfectam, quarto frequentatiuam formam posuisset. Item, si coniugationum ordinem in ipsis formis describeret, neque primo inchoatiua, quae sunt tertiae, sed potius frequentatiua, quae sunt primae coniugationis, uerba ordinasset. Itaque sciendum, quod superiores tres formae hoc est inchoatiua meditatiua frequentatiua semper sunt deriuatae et quod inchoatiua ex pluribus 10 fontibus deriuantur. Non enim tantum a uerbis, sed etiam a nominibus haec uerba deriuata esse pernoscentur. Idcirco primo inchoatiuam posuit formam. Et quoniam inchoatiua forma tertiae, meditatiua uero quartae est coniugationis, apte meditatiua sequitur inchoatiuam formam. Porro 15 frequentatiua forma tertium obtinet locum, quia similiter inchoatiuis et meditatiuis haec forma deriuatur. Saepe namque a supinis, quomodo meditatiua uerba, frequentatiuae formae nascuntur, ut scriptu scripto, dictu dicto, cursu curso || f. 6<sup>b</sup> || et reliqua, quomodo ab esu esurio et ab amatu amaturio traducuntur. Item a secunda persona, 20 quomodo inchoatiua, ita frequentatiua forma nascitur, ut lego legis legito, fugio fugis fugito, ago agis agito et similia. Non ergo inmerito post inchoatiuam et meditatiuam speciem forma frequentatiua tertio ordine ponitur, cum particeps esse utriusque formae deriuationis pernoscentur. Lege de specie uerborum secundum Priscianum. Et bene uerba perfectae formae 25 postremo posuit, quia haec non solum deriuatiua, quomodo tres supradictae formae, sed et primitiua esse noscuntur. Quoniam de his latius edisserit, apte ea in ultimo loco digessit, et quia perfectio sit finis rerum existentium. Viso enim uisis. Ideo autem uerbum hoc specialiter notat, quia similitudinem deriuationis frequentatiuorum habet. Nam quomodo uerbi 30 gratia a scriptu scripto frequentatiuum nascitur, ita ab eo, quod est uisu, quod a uideo uerbo traducitur, uiso uisis deriuatur. Protinus Arcadiae gelidos inuisere fines. Notandum quod iste uersiculus in Virgiliano carmine scriptus inuenitur. At uero illud, quod praecedit: 'has

1 regule TB 3 ipse forme TB deputantur]. *Recte igitur Keilius post uerba:* definire temptabo p. 448, 24 lacunam statuit: quae enim ex codicis f. epitome suppleri iubet, ea ipsa uel similia saltem commentator respexit. 5 tertia T tertio, corr. tertio B 6 potuisset T 7 tertiae, corr. tertiae B 8 que sunt prime B 9 forme B meditatiua T 10 deriuatiue B et quae T 11 deriuantur B tamen T 12 haec B deriuatiua B 13 Et quoniam etc.] *Verba:* et quoniam — inchoatiuam formam om. T tertiae B quarte B tertium B 16 haec B deriuatur B sepe TB a sopinis TB 17 frequentatiue forme B 19 amaturio T 20 quomodo] quoniam T 21 fugio T 22 tertio ordine] in ordine TB 23 forme deriuationis B praenoscitur T praenoscitur B 24 perfecte forme B 25 posuit, om. postremo T haec B deriuatiua B supradictae forme B 26 Quoniam] quomodo TB 27 et quia] uel quia? finis sit B 28 hoc om. T 29 deriuationis B quomodo] quomodo T 31 ducitur B archadie B 33 praecedit B

Cambridge University Press

978-1-108-00643-9 - Grammatici Latini, Volume 8

Edited by Heinrich Keil and Hermann Hagen

Excerpt

[More information](#)

forte inuisitis aras' et alterum quod subsequitur: 'omne cum Proteus pecus egit altos uisere montes', non Virgiliti sed Horatii esse censemus.

Perfectae formae autem || f. 7<sup>a</sup> || uerba quae non sunt anomala uel defectiua in quattuor tantum inueniri coniugationibus uideo. Hoc dicit quod nulla alia forma, nisi tantum perfecta forma, in quattuor coniugationibus inuenitur. Nam tres superiores formae, hoc est inchoatiua meditatiua frequentatiua, singulae singulas sibi uindicant coniugationes, cum nulla ex ipsis forma duas aut tres aut quattuor coniugationes habeat, sed singulae, ut dixi, singulis coniugationibus deputentur. Quae sola etiam in primitiuis hoc habuit proprium quod aliae uix in deriuatiuis. Omisso uerborum circuitu sensum huius loci breuiter ostendamus. Itaque supra dixit quod omnia uerba ante o uel or finalem e uocalem habentia unius tantum modo sunt et secundum ueteres artium scriptores secundae coniugationis, quibus uerbis illud procul dubio intimare uidetur, quod, licet secunda coniugatio supradictas formas inchoatiuam uidelicet meditatiuam atque frequentatiuam in nullo uerbo participat, tamen in uerbis perfectae formae magnam atque praecipuam partem sibi uindicat, cum omnia uerba in eo uel in eor desinentia in sua dictione possideat. Hinc apte subiungitur, quia ipsa sola secunda coniugatio non solum in deriuatiuis 'sed etiam in primitiuis uerbis' in eo uel eor desinentibus 'hoc habuit proprium.' Quid est illud proprium, quod ipsa habuit, nisi illud possessum, || f. 7<sup>b</sup> || nisi illud speciale obseruatum, quod supra ostendit, quia uidelicet omnia uerba in eo uel eor desinentia unius tantummodo sunt, hoc est secundae coniugationis? Hoc enim totum canonicum, hoc totum regulare proprium est secundae coniugationis, exceptis paucis uerbis, quae in eo uel in eor desinentia primae et quartae coniugationis in subsequentibus notantur: Vt beo creo meo et reliqua. Sed si quaedam in eo uel in eor desinentia non secundae, sed primae

1 protheus TB 2 oratii T esse censemus]. *Male commentator nugatus est, cum illa: 'has forte inuisitis aras' Horatii esse censebat, cuius minime sunt. Dubitabat de eo uersu Keilius sed Vergiliti esse negabat. Est autem Vergiliti et reuera, ut refert ipse Eutyches, ex libro VIII Aeneidos defloratus, uersus scilicet 157: 'Hesione uisentem regna sororis'. Scripserunt enim praue pro 'haesione' 'has forte', ex 'regna sororis' per compendia r. s. scripto 'aras' finxerunt librarii nequissimi, nisi Eutychem ipsum arguere mauis, qui eum uersum corrupte scriptum iam ipse inuenerit in eis quas exscribat schedis grammaticis, id quod mihi magis probatur, quia et codices manuscripti antiqui et commentator perquam antiquus eodem laborant uitio.* 3 perfecte

autem formae uerba que B 4 in IIII tam T 6 forme B 7 singule B sibi singulas uendicant B 8 quatuor T 9 singule TB deputentur] deuto T 10 que B 11 alie B deriuatiuis B 12 uerba om. B 13 unius tam T 14 secunde TB 15 quia B 16 licet secunda coniugatio etc.] *Verba secunda coniugationis uidelicet om. T 17 tamen] tam T 18 perfecte forme B praecipuam sibi partem B 19 or T dictione] dictione B 20 quod ipsa B secunda om. B 21 uel ni eor B 23 possemus T 24 uel in eor B 25 secunde TB 26 secunde TB 27 que B prime et quarte B 29 quaedam TB secunde TB prime B*



p. 449, 26.

et quartae coniugationi ascribuntur, quomodo uerum erit, quia omnia uerba in eo uel in eor desinentia secundae sunt coniugationis? Aut ergo 'beo creo' et similia sunt secundae coniugationis, si omnia uerba in eo et in eor desinentia non nisi secundae coniugationi deputantur, aut si  
 5 'beo creo meo' et cetera exceptiua non secundae, sed potius primae et quartae coniugationis sunt, quomodo falsum non erit, omnia uerba in eo uel in eor desinentia unius tantum secundae coniugationis esse? Itaque quid aliud ad haec respondendum est, nisi quod uerba quaedam in eo uel in eor desinentia primae sunt et quartae coniugationis, ut 'beo creo  
 10 eo queo'? Cetera uero omnia, quae in eo uel in eor desinunt secundae coniugationis sunt. Sequitur: quod aliae uix in diriuatiuis. Ex eo quod est 'habuit', per syllepsin 'habuerunt' || f. 8<sup>a</sup> || assumendum est ut plena nobis sententia sic constet: 'quod aliae uix in diriuatiuis habuerunt'. Nam aliae coniugationes quae sunt prima tertia quarta unaque-  
 15 que suum proprium in diriuatiuis uerbis habet, cum inchoatiua tertiae, meditatiua quartae, frequentatiua primae sint coniugationis. Quod non ita intellegendum est, ut hae coniugationes non haberent aliquod proprium in primitiuis perfectae formae. Nam uerbi gratia omnia uerba in po desinentia, non solum diriuatiua, sed etiam primitiua primae sunt  
 20 coniugationis, ut crepo crepas et reliqua, exceptis primitiuis paucis, quae sunt tertiae coniugationis, ut scalpo is, sculpo is et reliqua. Item omnia uerba primitiua in uo uel in uor desinentia tertia sibi sola coniugatio uindicat, ut inbuo, tribuo et similia. Multa quoque primitiua in io uel in ior desinentia sub certa obseruatione quartae coniugationis inueniuntur,  
 25 ut ambio ambis, salio salis et similia. Quid est ergo, quod secundam coniugationem et in primitiuis et in diriuatiuis habere proprium dicat? Alias uero coniugationes tantum in diriuatiuis? Nisi hoc dictum esse ita intellegamus, quia prima et tertia et quarta coniugatio, quantum ad supra memoratas formas pertinet, inchoatiuam scilicet meditatiuam atque frequen-  
 30 tatiuam, non nisi || f. 8<sup>b</sup> || in diriuatiuis uerbis habent proprium, cum ipsae tres formae semper sint diriuatiuae; quantum uero ad uerba perfectae forme attinet, etiam in primitiuis, ut diximus, proprium habent. Sed interea perquirendum est, cur prima coniugatio 'uix' habeat frequentatiua uerba, tertia inchoatiua, quarta meditatiua. Numquid enim frequen-

1 quarte TB ascribuntur B 2 secunde TB 3 creo beo B secunde sunt B  
 4 secunde TB 5 secunde B prime B 6 quarte TB 7 tantum modo B secunde B 8 hec TB quedam T quedam uerba B 9 et in eor B eoro, corr. eor T prime sunt et quarte B ut om. B 10 creo et eo B omnia om. B que B secunde B 11 alie B deriuatiuis B 12 sylemsin TB 13 alie B 14 alie TB que B tertia B unaqueque TB 15 tertia B 16 quarte B prime B 17 hec T 18 perfecte forme B 19 etiam et B prime B 20 crepoas B paucis primitiuis que B 21 tertiae B scalpo] scapulo T 22 tertia B 23 inbuo B 24 certe B quarte B 26 in ante diriuatiuis addidi 27 in diriuis T ita om. T 28 qua<sup>m</sup> T 31 ipse tres forme B diriuatiue B ad uerba] aduerbia T perfecte B 32 forme TB 34 tertia B

tatiua alterius coniugationis, nisi primae, et inchoatiua, nisi tertiae, atque meditatiua, nisi quartae coniugationis semper fuerunt? Itaque si semper singulae coniugationes singulas formas habuerunt, cur 'uix' eas habere dicuntur? Ad quod respondendum, quod non quantum ad consuetudinem siue auctoritatem, sed quantum ad rationabilem causam pertinet, ipsae tres coniugationes 'uix' supra dictas tres formas habuerunt. Nam iuxta auctoritatem et consuetudinem facillima obseruatio est, quod inchoatiua tertiae, meditatiua quartae, frequentatiua semper primae sunt coniugationis. Cur autem meditatiua et inchoatiua magis quartae et tertiae, quam primae, et frequentatiua magis primae, quam tertiae sint 10 coniugationis, abdita quaestio est atque ad discutiendum difficilis, quam tamen ipse Eutex in consequentibus uidetur absoluere, cum dicit: Meritoque utraque forma || f. 9<sup>a</sup> || diriuatiuorum ad eam maxime uenit coniugationem in qua suae finalitatis inueniebat etiam primitiua. Si quis ergo nos interrogauerit, quare frequentatiua magis 15 primae sint coniugationis, quam tertiae, respondebimus ei, quia magis in prima, quam in tertia coniugatione suarum finalitatum, hoc est terminationum, inueniebant etiam primitiua. Nam reuera plura uerba et primitiua et diriuatiua in ipsas finalitates frequentatiuorum in prima, quam in tertia coniugatione desinunt, ideoque ipsa frequentatiua plus debent esse 20 primae, quam tertiae. In prima namque coniugatione sibi similia hoc est diriuatiua et etiam primitiua inuenerunt, in tertia uero coniugatione non nisi dissimilia solum, uidelicet primitiua, excepta so terminatione, inuenire poterant. Ergo ad consocia hoc est diriuatiua eiusdem coniugationis similia *hoc est primitiua inuenerunt*. Aliter: quia frequentatiua 25 et inchoatiua in suis terminationibus in prima et in tertia coniugatione inuenerunt uerba primitiua. Idcirco *dicit* ipsis adhaerere primitiuis, cum excellentius sit primitiuum, quam diriuatiuum; quod et de meditatiuis similiter intellegere possumus, quae non nisi ad quartam coniugationem tendere debuerant, cum neque in prima coniugatione in io primitiua 30 uerba inuenerant neque in tertia coniugatione tam multa primitiua in io desinen || f. 9<sup>b</sup> || tia, quomodo in quarta coniugatione, inuenire poterant. Notantur primae quidem coniugationis ut beo creo meo et

1 prime B    tercie B    2 quarte B    3 singule B    4 quia non B    5 ad  
artionem causam Tracionabilem B    6 ipse B    habuerunt B    8 tercie B    quarte B  
prime B    IIII tae T    9 Cur autem] Cur haec T    cur hoc B    *Ortum uitium est ex*  
*similitudine conpendiorum* h.    quarte et tercie quam prime B    10 et quare frequentatiua B  
prime quam tercie B    sit coniugationis T    11 questio TB    12 merito B  
13 diriuatiuarum, *corr.* -orum T    maxime T    14 sue B    16 prime TB    tercie B  
17 tercia TB    19 finalitas T    20 tercia TB    21 prime B    terciae T    tercie B  
22 tercia TB    24 consocia B    eiusdem coniugationis similia] eiusdem consilia T  
eisdem consimilia B    25 hoc est primitiua *addidi* inuenerunt] uenerunt TB    26  
tercia TB    27 dicit *addidi* adherere TB    29 que B    31 tercia TB    32 prime  
B    coniugatione B